

Band IX., Nr. 4000, Seite 377-378

Graf Eberhard von Württemberg beurkundet die schiedsrichterliche Entscheidung seines Streits mit Kloster Bebenhausen um Güter in Stuttgart.

Stuttgart, 1290. Juni 15.

Eberhardus comes de Wirtenberc universis presens scriptum intuentibus salutem et credere subnotatis. Ad universorum notitiam expedit pervenire, quod mota super domo viri discreti quondam Hainrici presbiteri dicti Kalterstain de Stutgartun dumtaxat sita iuxta domum Meldelini in foro mercatorio Stutgartun et super eiusdem domus pertinentiis nec non super agris pratis vineis et relictis aliis predicto presbitero qualitercunque pertinentibus inter nos ex una et viros religiosos . . . abbatem et conventum monasterii de Bebenhusen ordinis Cysterciensis Constantiensis dyocesis ac idem monasterium ex parte altera questione in nobilem virum Berhtoldum de Mulhusen et in strenuum militem Wolframum de Bernhusen seniore nostrum fidelem de huiusmodi questione compromisimus et ipsos arbitratore fecimus cum . . . abbate et conventu predictis compromittentibus in eosdem factis hinc inde renuntiacionibus et adhi[b]ita verborum et gestuum sollempnitate debita et consueta. Qui siquidem compromissarii seu arbitratore amicabiliter componendo per transactionem legitimam ordinarunt, ut antedicta domus cum omnibus pertinentiis suis intra muros Stutgartun sitis nobis et nostris heredibus absolute debeat remanere quotque agri prata vinee et relictas quevis alia memorati presbiteri transire debeant cum omnibus suis iuribus et pertinentiis et specialiter cum omni iure advocaticio ad monasterium supradictum, ita ut nobis et nostris heredibus seu successoribus aut civibus vel nostris hominibus quibuscunque non liceat in agris pratis vineis et relictis pretactis prefatum monasterium precario stiura vel servitio aut exactione aliqua vel imperio perturbare, domo tamen et eius pertinentiis prenarratis nobis tantummodo reservatis. Et ne in posterum super premissis aliqua contentio valeat suboriri, presentem cedula nostro sigillo et Ber(toldi) nobilis viri de Mulhusen nec non Wolframi de Bernhusen senioris sigillis presentibus sculteto et consulibus antedictae civitatis Stutgartun effecimus communiri.

 Datum aput Stutgartun, anno domini MCCLXXX., XVII. kalendas Julii, indictione III.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An der Urkunde zwei beschädigte Siegel: 1) Das Siegel des Grafen Eberhard von Württemberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2915 (WUB, Bd. VIII, S. 191) und die Abb. in

II

OTTO VON ALBERTI: Württembergisches Adels- und Wappenbuch, 2 Bde., Stuttgart 1898-1916, Tafel II, Nr. 6. 2) Das Siegel des Berthold von Mühlhausen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 3030 (WUB, Bd. VIII, S. 263). 3) Das dritte Siegel hing nie an.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 1953

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 96.

Regesten:

UB Stuttgart, S. 7, Nr. 22.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Stuttgart

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, TŮ
 Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Mühlhausen Wohnplatz (36)
 Mühlhausen, Stuttgart, S
 Stuttgart-Mitte Wohnplatz (55)
 Stuttgart-Mitte, Stuttgart, S